Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quia sicut dicitur Eccl. iii. Omnia tempus habent etc. Circa commo-
ditatem gratie et opportunitatem sue orationis primo commendat
suam diligentiam meo quod dicitur preveni q. d. Non
neglexi debitam necessariam cautelam in maturitate. i.
in debito et utili tempore. et sicut stulticia ab hijs qui
tollunt fructus de arboribus. quia ante tempus maturitatis
colligere fructus est destruere. post tempus maturitatis col
ligere negligendo perdere. Prevenire gratia casum et perdicionem
fructuum ultra maturitatem est debito tempore colligere
Ita et dominus prevenit hic tribulacionis instanciam per orationis
prudenciam. quia orat prevenire in maturitate i. in debito
tempore. Sed est Eccl. ij. fili accedens ad servitutem dei sta in
timore et prepara animam tuam ad temptacionem sed preveniendo temp
tacionem per orationem Non dicitur at quod iusticie domini patribus
et ante patribus veteris testamenti dicitur se prevenisse sub lege
ad hoc tempus gratie fide. scilicet meditacionis tenendo et ad
gratiam aspirando et tempus gratie optando. sperando et
exspectando. Unde infra dicitur Exspectabam salu
tare tuum domine. etc. et mandata tua dilexi. i.
exdilexi per gratiam implevi. Hec autem prevencio fuit
in maturitate quia poma prima scilicet patriarche precedentes
et poma media scilicet prophete et iusti sequentes iam matu
rescebant in arbore. Osee ix. Inveni israel quasi prima
poma ficulnee. et patres eius vidi in cacumine etc.
Et iam tempore domini ad perfectionem maturescebant multiplica
ta et renovata promissione. Itaque cepit iam esse ficus
precoqua. Mich. vij. ficus precoquas desideravit anima mea
Unde quasi ad tediatus et tedium exeo quod inimici. i. iudi
dant obliti verba dei tempore autem reliquis patribus prevenit in
maturitate sed casum legis et dissipacionem loci et gentis
et sanctificacionis. De quo dictum est supra littera xvj. v. vj. Ceterum
moraliter prevenit per etatem servitute. Unde dixit supra
adolescentulus sum ego et contemptus iustificaciones tuas non sum ob
litus. Unde et nunc In hora sua senex est qui vicia sobe
maturitatis exercet. Sed prevenit iuvenis senectute servili
pondere maturitatis consummat voluptati. Apoc. iiij.

Cani sit sensus hominis et etas senectutis vita imma
culata. Sic prevenit tribulacionem oratione. Mt. xxvj. Vigi
late et orate ne intretis in temptacionem. Est enim oratio
tribulacionem preveniens. Ps. Laudans invocabo dominum
et ab inimicis meis salvus ero. Et est oratio tribulacionem consequens et
concomitans. Ps. In tribulacione mea invocavi dominum
Sic prevenit consolacionem per exspectacionem. Ps. Exspec
tans exspectavi dominum et intendit michi et exaudivit preces meas
et eduxit me etc. Sic prevenit salvacionem per spem. Ro. viij.
Spe salvi facti sumus. Sic prevenit requiem labore. Apoc.
xiiij. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus. Sic prevenit mes
sem semine. Ps. Euntes ibant et flebant mittentes semina sed
venientes autem venient cum exultacione. Sic prevenit premium merito.
Gal. vj. Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes. Sic iu
dicium divinum iudicio proprio. j. Cor. xj. Si nos nos ipsos
iudicaremus non utique iudicaremur. Sic nocte [illegible]
[illegible] prevenit die examinacionis extime. Unde dicit apostolus j.
Cor. iiij. veniet dominus qui et illuminabit abscondita tenebrarum et
manifestabit consilia cordium etc. Hec autem prevencio necessaria
et utilis est contra triplicem preoccupacionem. Prevenimus enim in
tribulacionibus [illegible] per timorem. Ps. Prevenit me
in die afflictionis mee etc. Hec preoccupacio prevenienda est
per sanctam orationem. Ps. Exurge domine preveni eum et supplan
ta eum. Eripe animam meam ab impio etc. Sic preoccupamur in
bonis actionibus [illegible] per errore. Gal. vj. Si preoc
cupatus fuerit homo in aliquo delicto etc. Hec preoccupacio
avertenda est per [illegible] instructionem. Unde sequitur Vos qui
spirituales estis corripite huiusmodi etc. Sic preoccupamur
in [illegible] per mortem. Ps. Preoccupaverunt me
laquei mortis. Hec preoccupacio incipit per prevenientem di
vinam miseracionem. Ps. Misericordia tua subsequetur me omnibus
diebus vite mee ut inhabitem in domo domini in longitudinem dierum.
Et in verbum tuum supersperavi. Hec dictum supra littera xv. v. ij.
cum suis similibus. Specialiter hic supersperare in tribulacionibus
exterioribus sed per consummacionem [illegible] ultra confessionem fidei
intelligitur tribus modis scilicet spe si spe [illegible] primo sed [illegible]

Prevenit moraliter